

Q.K.  
431,  
23.

DE  
SERTIS ARBORIBVS SACRIS SVSPENSIS  
AD OVID. METAM. VIII. 726. 748.  
DISSERIT

II.C  
870

V I R O  
SVMME REVERENDO MAGNIFICO CONSULTISSIMO  
D O M I N O  
**JOANNI FLORENTI  
RIVINO**

JCTO HEREDITARIO IN NEVMUCKERSHAVSEN  
ECCLES. CATHEDRAL. MARTISBURG. CANONICO ET WVRZENS. DECANO AN-  
TECES. JVR. LIPS. ACAD. DECEMVIRO ORD. JCTOR. ASSESSORI

D O M I N O  
COGNATO SIVE POTIVS PATRI ET NVTRITORI SVO  
SEMPITERVM COLEND<sup>O</sup>  
CVM  
SPLENDIDISSIMA ATQVE EXCELLENTISSIMA FEMINA

**CHRISTINA MARGARETHA  
E GENTE GREENIA**

SVMME REVERENDI ET MAGNIFICI DOMINI  
**B. JO. ANDREAE GLEICHII**

THEOLOGI QVONDAM CELEBERRIMI ORATORIS S. IN AVLA REGIA  
ET ELECTORALI SAXONICA SENIORIS ET SUPREMI SENATVS  
ECCLESIASTICI SENATORIS

RARISSIMI EXEMPLI VIDVA  
AMITA VEL MATRE SVI AMANTISSIMA  
NVPTIARVM SOLEMNIA CELEBRANTI

LAETE AC REVERENTER APPLAUDENS  
**M. GEORGIVS SIGISMUNDVS GREENIVS**  
FRANCISC. MIS. RECTOR.

D. XXVII. JVLII. cI*o*cc XXXI.

MISENAE EX OFFICINA LOEWIANA.



37  
ДИПЛОМЫ СВЯТОГО ПАПЫ РИКИ

СИГИСМОНД ПАПА РИКИ

# ДИПЛОМЫ СИГИСМОНД

СИГИСМОНД ПАПА РИКИ

СИГИСМОНД ПАПА РИКИ

СИГИСМОНД ПАПА РИКИ

# ДИПЛОМЫ СИГИСМОНД

СИГИСМОНД ПАПА РИКИ





## DE SERTIS ARBORIBVS SACRIS SVSPENSIS.



edia sub arborum umbra medioque florum in pro-  
ventu, quæ ædium mearum est amœnitas atque  
anninunc formositas, versanti mihi dum GLEI-  
CHIA Mea Meo desponsa nuntiatur RIVI-  
NO, & mens statim læta ac pia, acceptorum-  
que ab vtroque memor beneficiorum, quibus  
fruens sub vtriusque tegmine velut patulæ sub  
umbra arboris recubuisse adhuc videbar, &, vel ipse locus vel anni  
ætas, quibus

*Verque novum adstebat, cinctum florente corona,  
Stabat nuda Aestas, & spica serta gerebat, a)  
cogitanti mihi, quodnam offerrem lætitiae ac pietatis munus, prisca  
referunt & referri jubent veterum, religiosissimorum mortalium, con-  
suetudinem ac ritum, lætitiae, honoris, & religionis causa suspendendi  
serta arboribus sacris.*

: ( 2

Sa<sup>a</sup>

a) Ovid. Met. II. 27. 28.

Sacras quondam fuisse arbores satis perspicuum atque inter omnes constare puto, qui vel lucorum religionem Deosque sub arboribus cultos meminerint, vel dilectas Diis sacratasque arbores nouerint, vel ipsis aliquando numen & diuinatem adscriptam cogitauerint, vel denique sacra illis suspensa Αγαθήματα non penitus ignorauerint. Lucorum sanctitatem & in iis peractum Deorum cultum præter alios in commentatione mea de *Luco religioni ab Abrahamo consecrato* b) nominatos doctissimos viros copiose atque eleganter expofuerunt *Jo. Spenerus* c) & *Matth. Zimmermannus*. d) Dilectas vero, delectas, numinibusque sacras fuisse arbores vel ipse Deus opt. Max. exemplo est, sibi foli consecrans ac feruans scientia boni & mali arborem, siue symbolum abiitem virentem legens, e) vel certe gentium p[ro]fanaarum Dii, quarum Jupiter esculum & quericum, f) suo sepe taetum fulmine, in tutela habuit,

*Populus Aleide gratissima, vitis Iaccho,*

*Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phæbo.* g)

*Arcadio pinus amata DEO.* h)

Eandem pinum montium custodi nemorumque Virgini, Diana, consecrat *Horatius*, i) oliuam, castitati & paci dicatam, amat *Pallas*. k) Cultas deinde ipsas arbores & diuino honore affectas multis probant *L. Cæl. Rhodiginus*, l) *Caſp. Barthius*, m) *Jo. Freinsheimius*, n) *Matth. Zimmermannus*, o) atque vniuerso fere generi humano tribuunt, quod de Massiliensium luco habet *Lucanus*: p)

*Stricte diris altaribus are,*

*Omnis & humanis lustrata cruoribus arbos.*

Ad arbores igitur tam sancte habitas, tam charas Diis, tam religiose frequentatas frequentes illi ac nimii Deorum, quos superstitione finxit, culto-

- b) Ad Genef. XXI, 33. Lipſ. 1735. 4. c) De Legg. Hebr. Rit. L. II. c. XVI. d) In Florileg. Philolog. Hist. p. 463. seqq. e) Gen. II, 17. & Hof. XIV. 9. Conf. M. Sig. Andr. Flachs Diff. de Abiete vidente. Lipſ. 1731. f) Taubmann. ad Virgil. p. 9. Plin. H. N. L. XII. g) Virgil. Eclog. VII. 61. Ouid. Met. I. 558. h) Propert. I. XVIII. Taubm. c. I. ad Virgil. G. IV. 112. i) L. III. od XXII. k) Pomey. Panth. Myth. pag. 79. l) Leſt. Antiqu. L. XV. I. & L. XVIII. 31. m) Advers. L. XXXIII. 19. n) Com. ment. ad Curt. L. VIII. c. 9. §. 33. o) Florileg. Philol. Hist. p. 140. seqq. p) L. III.

cultores *Avaθηματων* sua resque varias variis de caussis vel sacro vel il-  
lustri or in loco asseruandas. Fortissimi hostium debellatores detracta  
victis arna affigebant arboribus, earumque truncos tropæis ponendis  
primum eligeant, q)

*Vt sic frugifero quercus sublimis in agro,  
Exuvias veteris populi, sacrataque gestet  
Dona ducum. r)*

Alii, vt infula & vittis Deorum simulacra, s) ita & arbores ornabant,  
mediasque cingebant vittis. t)

*Sic, que fumferas arbor viitata lucernas  
Stiſtinuit, cadit vtrici ſuccifa bipenui. u)*

Alii denique donaria sua & memores tabellas x) ex voto iisdem fu-  
pendebant. y)

*Stabat in hiſ ingens annifo robore quercus,  
Vna nemus: vittæ medianam, memoresque tabellæ,  
Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.*

Serta hic ipsa in arboribus conspicimus, & quidni tam sacro in loco  
posita deprehendamus, quæ letitiæ, honori, religioni præcipue di-  
cata voluit prisca mortaliu[m] ætas. Quantum inferuerint quondam læ-  
titiae significationi ferta, præter *Pafchaliūm* z) elegantissime docent *Jo.*  
*Niculai* a) & *Frid. Gotthilff. Freytag*; b) & solennes teſtantur veterum  
formulæ ac festi ritus. c)

*Date ferta per aras!*

*Festaque pallentes bilarent altaria luceſ!*

):( 3

Ho-

- q) Virgil. Aen. XI. 5. seq. Conf. Consultiss. Adr. Deod. Steger. Antiquissima Tropæa Pop. Rom. Lips. 1738. 4. r) Lucan. L. I. Liv. H. R. l. I. s) Leg. Excell. atque confiſſiſſ. Adr. Stegeri Diſſ. doctiſſ. de Inſulis. Lips. 1739. 4. §. 8. t) Ouid. Met. VIII 744.  
u) Prudent. contra Symmach. L. II. 1009. x) Jac. Phil. Thomasinus de Donariis & ta-  
bell. variv. Patav. 1654. M. Petr. Kunzii S. & Prof. *Avaθηματων* Hift. Jen. 1729.  
y) Ouid. Met. VIII. 742. ſeqq. z) In Libro de Coronis. a) In Tr. de Phylloba-  
lia. b) In *Αποσπασματιών* Hift. Phileolog. de Coronis Coniuialibus Vett. Lips.  
1712. 4. c) Stat. Sylv. L. III. Virgil. Aen. IV. 202. Lucan. L. II.

DE SERTIS ARBORIBVS

Honos autem sertorum tantus existimatus fuit, vt non nisi Deorum capitibus primo tempore imponerentur, atque Jouem quidem esculo, Mineruam olea, Apollinem lauro, Venerem myrto, Bacchum hedera, Parcas quercu, Furias narcissis, Vulcanum picea, Cybelen pinu, Herculem populo, Dioscorida arundine, Martem gramine ornarent, d) mox vero etiam variis afficerent floribus & sertis, e) tempora que eorum iis cingerent, uti de Genio Tibullas. f)

*Ipse suos adsit Genius visurus honores,*

*Cui decorant sanctas florea ferta comas.*

Accedebat ad hæc ferta, lætitiae & honoris documenta, pia religio-  
nis significatio, quam vel votum vel pietas exigebat. Pietatis erat ferta  
offerre gratulatoria, bona qvæuis ominandi causâ, in Natalitiis suo-  
rum, & recens natorum, & adultiorum, celebratis: g) nec minus sepulchra-  
lia dicare mortuis ferta, iisque, veluti Augustus Alexandri Magni conditorium  
& corpus prolatum floribus aspersis veneratus est, venerari  
mortuos quondam dilectos suaque virtute charos & præstantes, h) quod  
quidem annum factum deinde religionis ac pietatis officium.

*Namque aliquis senior veteres veneratus amores,*

*Annua constructo ferta dabat tumulo. i)*

Erant & votiva ferta amatoria illa, quæ amatæ dedicauit quondam pu-  
ellæ juuenis,

*Interdum madidas lacrymarum rore coronas*

*Poffibus intendens; quæ multum ferta placebant. k)*

Nec non coniuialia, quæ, vt milites exauctorati arma sua ad Mar-  
tis, gladiatores rude donati ad Herculis ædem ponebant, ita conui-

vx

d) Cel. Freytag. c. I. §. IV. V. e) Alex. ab Alexandr. G. D. 22. Barth. Aduers. L.  
XVIII. f. 920. Turneb. Aduers. XXVI. f) L. II. El. 2. g) Conf. Th. Bartholinum  
de Puerperio Vet. Meurs Leſt. Attic. L. IV. c. 10. Juvenal. Sat. IX. 85. & V. 180.  
h) Jo. Nicolai de Luſtu Græcorum. Id. de Phyllobol. c. XV. Kirchmann. de Fune-  
ribus Plin. L. XXI. c. 3. Cic. L. II. de Leg. Virgil. Aen. VI. 813. 845. i) Tibull.  
L. II. El. 4. Pitisc. Lex. Antiq. I. 793. k) Ouid. Met. XIV. 708. 736. Id. Amor. L.  
I. El. 6.

væ, languida & capite demta, Deo cuiquam in munus dederunt: l) quibus nuptialia denique annumerantur ferta, infra nominanda, & peculiari schediasmate celebrata Madero. m) Jam vero latum hoc, pium ac votuum sertorum decus, qui abesse potuissest ab arboribus, inter res sacras, diuinæ, atque ipsa numina relatis. Ostendit illud, supra dicto loco, Ouidius, quod quidem Apulejus, n) Zimmermano o) atque Eschenbachio p) laudatus, confirmat. Refert eundem sacrum arborum ornatum Arnobius, vbi de Pini Cybeles violis ac coronis: *Quid comit inquit, violaceis coronis & redimiti arboris ramuli.* Nonne illud indicant, vt i mater primogenitis floritus adrenauerit pinum, miserabilis indicem testimoniumque fortunæ, cet. q) Cum quibus ejusdem alia faciunt verba: *Quid lanarum, dicentis, vellera, quibus arboris colligatis & circumvoluitis slipitem?* Maxime vero hæc: *Venerabar nuper simulacra, veterñosis in arboribus ténias.* Titulos præcipue, Tabellas Votiuas, Dona pretiosa, & Lacinias, auro litteratas, Apulejus r) celebrat, quia cum gratia facti nomen Deæ, cui fuerint dicata illa dona, sint testatae. Titulorum talium in consecrata ilice, quæ in Vaticano fuerat, meminit Plinius, s) *Vetustior, inquiens, urbe fuit ilex in Vaticano, in qua titulus æreis literis Hetruscis religione jam tum dignam significabat.* Viua demum lœta illa pia & religiosa, ex arboribus sacris pendentia, Aναθήματα Theocritus t) nosfer in his ante oculos ponit:

Ω καλά, ὡς χαιρεσσα πόρη, τὸ μὲν ὄπετις ἥδη.  
Αρμες δὲ ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνα φύλλα  
Εξέψεμες, σεφάνως δερψεύμεναι ἀδύ πνέοντας.  
Πρότατοι τοι σέφανον λατῶ χαιμαὶ ἀνδρούνοιο  
Πλέξασαι, σκιερὰν παταθήπομεν ἐς πλατάνισον.  
Γέραιματα δὲ ἐν Φλοιῷ γεγράψεται, ὡς παρών τις  
Αγγυοῖ, Δωρεῖ, Σέβεν μ'. Ελένας φυτὸν εἴμι.  
*Virgo decens, formosa, viri jam passa cubile,*  
*Nos matutinæ simul ad fragrantia prata*  
*Ibimus, & irises redolentia ferria legemus,*

*Voti-*

- l) Lips. Antiqu. Left. L. III. c. l. L. III. de Conu. c. 24. Plaut. in Asin. Act. IV. Sc. l. 58. Cel. Freytag. c. l. m) In peculiari de Corona Nuptialis libello. n) Flor. l. o) Florileg. p. 141. p) De Consecrat. Gent. Lucis p. 221. P. II. Car. Bernizii & Corn. van Arkel. Fafc. Diss. Philol. Rotterod. 1710. 8. q) Aduers. Gent. L. V. r) L. VI. Met. s) L. XVI. c. 44. t) Ejddyll. XVIII. Helen. v. 38. seqq. p. 94. Edit. Lond. Dav. Whistord. 1659. 4.

*Votiuam ex humili Loto tibi sepe coronam  
Neclemus, platano quæ suspendetur ab alta.  
Istaque scripta sacer retinet Dorica cortex:  
Hec Hélene est arbor! Supplex accede Viator!*

Præclarum est & insigne prorsus hujus rei exemplum in Ouidii Metamorphoseon libris proditum memoriae & pulchro carmine decentatum. Concordes animæ, felicissimique conjuges, munificentia atque hospitalitate charissimi Diis, Baucis & Philemon, hic quidem justus senex, ista vero femina justo conjuge digna, secuta illorum vota Deorum fide, versaque domo in templum, ipsisque vna morte mortisque hora solutis & in arbores mutatis, tam late, pie ac religiose culti sunt posteris, vt bonus quisque fertis ornauerit arbores tam puras, castas, sanctas.

*Ostendit adhuc Tyaneius illic*

*Incola de gemino vicinos corpore truncos.  
Hæc mihi non vani, nec erat cur fallere vellent,  
Narrauere senes: equidem pendentia vidi  
Serta super ramos, posuique recentia. u)*

Hæc ad Vos spectant, *Venerabiles Conjuges*, atque eadem mea est reverentia, pietas, religio, lætitia, quæ Vos hodie lubens meritoque veneratur. Nuptias celebrat Vir justus cum Femina justissimo conjuge dignissima. x) Vtriusque dormus augustissimum semper pietatis & iustitiae templum fuit, templique adeo tutela vterque semper exstitit. y) Munificentæ Vestrae ac hospitalitatis vberimæ,


*Ad quam super omnia vultus*


*Accessere boni, z)*

tot viua extant documenta, quot vñquam fuere, sunt, eruntque Vestrum cultores. Inde mihi, vt alius absit ingenii lufus, vel a nomine, vel ab insignium lauro petitus, cum arboribus vel maxime comparandi videbmini, quarum sub vmbra tot latuere latentque boni, & ad quas singularis illa justis a Deo promissæ pertinet felicitas. a) Ut igitur læti mei, pii, ac religiosi animi pignus aliquod extet sacrum & solenne, inter alia nuptialia ferta b) ferta pono votua, hæc addens, vt diutissime animo, corpore, honore, felicitate floreatis, nonnisi annis æuoque soluti languescatis, ac sera tandem Vestris Venerandis Nominibus pie ac religiose adscribat c) posteritas:

*Cura pii Dis sunt, & qui colluere coluntur!*

u) Ouid. Metan. VIII. 722. seqq. x) Ouid. Met. VIII. 707. y) Ibid. 702. 714. z) Ibid. 679. a) Pf. I. 3. b) Pfeiff. Antiqu. Gr. L. IV. c. 26. Rosin. Ant. Rom. L. V. c. 37. Joach. Hildebrand. de Nupt. Vet. Christ. p. 70. c) Metam. VIII. 727.





DE  
SERTIS ARBORIBVS SACRIS SVSPENSIS  
AD OVID. METAM. VIII. 726. 748.  
DISSERIT

V I R O  
SVMME REVERENDO MAGNIFICO CONSULTISSIMO  
D O M I N O

# JOANNI FLORENTI RIVINO

JCTO HEREDITARIO IN NEVMVCKERSHAVSEN  
ECCLES. CATHEDRAL. MARTISBURG. CANONICO ET WVRZENS. DECANO AN-  
TECES. JVR. LIPS. ACAD. DECEMVIRO ORD. JCTOR. ASSESSORI

D O M I N O  
COGNATO SIVE POTIVS PATRI ET NVTRITORI SVO  
SEMPITERNVM COLEND  
CVM  
SPLENDIDISSIMA ATQVE EXCELLENTISSIMA FEMINA

# CHRISTINA MARGARETHA E GENTE GREENIA

SVMME REVERENDI ET MAGNIFICI DOMINI  
B. JO. ANDREAE GLEICHII

THEOLOGI QVONDAM CELEBERRIMI ORATORIS S. IN AVLA REGIA  
ET ELECTORALI SAXONICA SENIORIS ET SVPREMI SENATVS  
ECCLESIASTICI SENATORIS

RARISSIMI EXEMPLI VIDVA  
AMITA VEL MATRE SVI AMANTISSIMA  
NVPTIARVM SOLEMNIA CELEBRANTI  
LAETE AC REVERENTER APPLAUDENS

M. GEORGIVS SIGISMUNDVS GREENIVS  
FRANCISC. MIS. RECTOR.

D. XXVII. JVLII. c1640 XXXXI.

MISENAE EX OFFICINA LOEWIANA.

